UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

Nachtrag.

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-56055

Visual Library

ſit der warnowe, dat ſcole wi half hebben vnde de vorbenomeden vurſten half. Mer de lant af deſſe ſit der warnowe, de ſcolen de vorbenomden vurſten vordingen tu erer nut. Vortmer wi mit vſen broderen vnde vrunden ſcolen en volghen mit vif vnd Twintich manmen mit orcen vnd ſe vs weder mit hundden, en jewelich vppe ſine koſt. Worde over en ſlot beleghet, ſo ſcal en jewelich an beident ſiden volghen mit aller macht. Vortmer were dat ſe en ſlot vorloren vnde en dat afghewunnen worde, ſo en ſcole wi vs nummer ſonen, wi en helpen en des ſlotes weder alſo gut als it was, do ſe dat vorloren, vnde ſcole en weder helpen erer rechten ſchede. Vortmer wi en ſcole vs nicht ſonen oder daghe nemen mit den vigenden, ſunder vulbort der vorbenomden vurſten: vnde vſer ſlote, vſer vrunde vnde vſer hulpere ſlote, ſcolen en openſtan, eren hulperen vnd eren vrunden tu aller tid vnd in al eren noden. Vortmer worde en ſlot ghewunnen, dar de man mede weren an beydent ſiden, dar ſcal en jewelik mede anſtan na mantalen. Worde och en ſtrit gewunnen, dar de man mede weren an beydent ſiden, dar ſcal ouer en jewelik vp boren na mantalen. Vppe dat wi al deſſe dingh holden ſtede vnde vaſt, dar hebbe wi vorghelouet laten en truwen vſe riddere vnd vſe vrunt vnde gheuen darvp deſſe breue beveſtet mit vſeme yngeſeghele. Deſſe breue ſint ghegheuen vnde gheſcreuen tu biſchopestorpe, in den jaren na godes bort duſent jar drehundert jar In deme Tue vnde Tuintigheſten jare, in nigenjares auende.

Nach einer vom Bürgermeiſter Fabricius zu Stralſund nach dem Rügenſchen Copialbuche des Pommerſchen Provinzial-Archives zu Stettin genommenen, gefälligſt mitgetheilten Abſchrift. — Dieſe Urkunde gehört nach dem Gegenſtande des Krieges, zu welchem ſich der Biſchof von Schwerin den Pommernherzogen damals gegen Mecklenburg verband, der Märkiſchen Geſchichte an.

---

# Nachtrag.

**DLXXV.** Herzog Barnim von Pommern begnadigt die Tempelherrn innerhalb ſeiner Lande mit der Zollfreiheit bei ſeiner Anweſenheit zu Spandau, am 4. März 1236.

Ego Barnim, dej gratia Dux Slauorum, vniuerſis chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis — Notum — ſit — quod nos — in ſubſidium terre ſancte fratrumque militie templj talem conceſſimus libertatem per totam terram noſtram, vt nec ipſi nec homines eorum, qui ad partes noſtras ſunt deinceps tranſituri, ulla penitus exactione thelonei uexabuntur. — teſtibus, quorum nomina ſunt hec: Prizniborus Camerarius, Stephanus Dapiſer, Subizlaus Theſſraadoviz, Rimboldus, Retimarus de Gardiz, Nycholaus Scriptor et alii quam plures. Datum in Spandow, IIII Nonas Martii, anno dominice incarnationis M°. CC°. XXXVI°.

Nach dem Abdrucke in L. v. Ledebur's Allg. Archive XVI, 317.

**DLXXVI.** Kaiſer Friedrich beſtätigt der Probſtei Berchtesgaden ein älteres Privilegium in Gegenwart des Markgrafen Otto von Brandenburg, im Juni 1236.

— Hujus rei teſtes ſunt W. Rex Bohemiae, C. Babenbergenſis Epiſcopus, L. Conſtantienſis Epiſcopus, H. Ratisponenſis Epiſcopus Imperialis aulae Cancellarius, O. Dux Bavariae, comes Palatinus Rheni, O. Marchio de Brandenburg. — Acta ſunt anno Dominicae incarnationis M. CCXXXVI, Menſe Junii. — Datum apud Auguſtam, anno et menſe — ſupradictis.

Vollſtändig in Lünig's Spicileg. Eccleſiaſt. III, p. 19. 20.

---

**DLXXVII.** Bericht des Legaten Albert an den Papſt Gregor über den vom Römiſchen Könige Konrad am 1. Juni 1239 zu Eger gehaltenen Fürſtentag, an welchem die Markgrafen von Brandenburg Theil nahmen.

Albertus — ſcribit Gregorio Papae, quod kal. Junii Chunradus, Rex Alamanniae, et Archiepiſcopus Moguntinus cum mille militibus veniſſent Egram, laborantes multum, ut Principes imperii ſibi poſſint placare pecunia pollicita, quibus Rex Boemiae, Dux Bavariae usque Elenbogen occurrerunt quatuor millibus hominum. Advenere Marchiones Brandeburgenſes, Marchio Myſniae, Raſpo Landgrauius Thuringiae. Poſt multa per mediatores Chunradus in ſuam ſententiam traxit Thuringum, Miſnumque, quos (cum) Rex Boemiae, Dux Bauariae a propoſito revocare non poſſent, Chunrado et ſuis multum indignati ſolventes treugas diſceſſere. Magna diſcordia ab huiusmodi colloquio.

Aus Joannis Aventini Excerpta ex Alberti Bohemi Actis in Oefelii Rer. Boicar. Script. I, 789.

---

**DLXXVIII.** Notiz über einen Befehl des päpſtlichen Legaten Albert an den Erzbiſchof von Magdeburg, den Markgrafen von Brandenburg die ihnen entzogenen Beſitzungen zurückzugeben und keinen Krieg wider ſie zu beginnen, vom 22. Mai 1240.

Albertus Bohemus — Archiepiſcopo Magdeburgenſi jubet reddi ablata Marchionibus Brandenburgenſibus; bellum inferri prohibet. Pragae XI. kal. Junii MCCXL.

Aus Joannis Aventini Excerpta ex Alberti Bohemi actis in Oefelii Rer. Boic. Script. I, 789. — Die Urkunden des Legaten Albrecht, aus denen dieſe flüchtigen Auszüge von Aventin gemacht worden, ſind auch in Böhmen nicht mehr anzutreffen und vermuthlich gänzlich verloren gegangen.

---

**DLXXIX.** Vergleich des Herzogs Otto von Braunſchweig mit ſeines Vaterbruders Wittwe wegen Zehnthebungen zu Goslar, zu welchem die Markgrafen von Brandenburg zugezogen werden ſollen, vom 3. Juni 1243.

Nos Otto, Dux de Brunſvich, tenore preſentium proteſtamur, quod cum dilecta nobis vidua felicis memorie Palatini, patrui noſtri, pro Decima in Goſlaria concordauimus in hunc modum. Dabimus dicte Domine mille et centum marcas puri argenti, quarum octingentis perſolutis et in Feſto Michaelis centum et qvindecim marcas ſolvere debemus. Pro ſumma, que ſupraeſt, dedimus ei proprietatem noſtram Iſenhagen cum omni ejus vtilitate et pertinentiis ita, ut ſi quis de proprietate illa aliquid impetat, ab omni impetitore a Feſto Johannis infra annum debeamus totaliter expedire. Si vero partem aliquam proprietatis ejusdem expedire infra dictum terminum non poſſemus, ſuper eo ſecundum abbatis de Riddagshuſen conſilium faciemus. Ut autem ſummam predictarum centum quindecim marcarum perſolvamus Feſto Michaelis proxime nunc venturo, ut etiam proprietatem Iſenhagen ad datum nobis terminum ab impetitore quolibet abſolvamus ipſi, nos promiſimus fide data et nobiſcum duodecim de noſtris Miniſterialibus promiſerunt, ſi non fuerit, quod promiſimus, obſervatum, Brunſuic intrent, inde non exituri, niſi in Domine ſepedicte et abbatis de Riddagshuſen fuerit voluntate. Nomina eorum, qui nobiſcum promiſerunt hec ſunt: Ecbertus de Aſſeborg, Anno de Heimborg, Luſarius pincerna, Anno Dapifer, Heino de Wenethen, Fridericus de Esbecke, Iuſarius de Herlingsberge, Borchardus de Wolferbütle, Baldewinus de Blanckenburg, Gevehardus et Ludolfus de Bortfelde, Bertramus de Velten. Qui autem promiſſum receperunt hi ſunt: Dominus Bernhardus de Dorſtad, Conradus filius ſuus, Luthardus de Meinerſen, nobiles. Nicolaus Aries, Conradus de Stathen, Eilvardus de Luneborg milites. Cum autem dilectos ſoceros noſtros illuſtrem Ducem Saxonie et Dominos Marchiones de Brandenburg poterimus attingere, illis ſimiliter promittemus. Datum Brunſuic, Anno incarnationis Domini MCCXLIII., III. Non. Jun.

Nach Leuckfeldt, Antiqu. Poeldenſ. p. 102.

---

**DLXXX.** Die Markgrafen Johann und Otto gründen die Stadt Friedland im Lande Stargard, am 29. Februar 1244.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Johannes et Otto, Dei gracia Marchiones de Brandeburg, omnibus in perpetuum. Conſuetudinis eſt ea, que ſub tempore fiunt, ne proceſſu temporis cum tempore tranſeant et ab hominum memoria evaneſcant, inſtrumentorum ac teſtium munimine roborare. Hinc eſt, quod conſtare uolumus tam futuri quam preſentis temporis hominibus vniuerſis, quod ciuitati noſtre novelle, que Vredeland appellatur, Ducentos manſos in principio ſue fundacionis adjecimus, quorum quinquaginta ad

paſchua deputandos, reliquos uero centum quinquaginta cultui agrorum duximus deſtinandos, de quorum quolibet nobis eorum poſſeſſores quilibet in dimidii fertonis penſione annua reſpondebunt, transactis duntaxat quatuor annis, quos incolis ejusdem ciuitatis indulſimus libertatis. Predictam eciam civitatem eodem jure, quo civitatem noſtram Stendal gaviſam eſſe uolumus et contentam, hoc nichilominus adjicientes ad ipſius commodum civitatis, quod omnibus ipſam inhabitantibus ad edificia ſibi neceſſaria ligna incidere liceat et afferre per totam provinciam tam de bonis noſtris liberis quam porrectis. Adhoc nouerint vniuerſi, quod jam dictam civitatem bone fame viris Conrado de Tſereviſt, Johanni de Greuendorp et fratri ejus Heinrico, Friderico de Kerchawe et Berenghero ſub forma gracie talis dedimus incolendam, quod tocius cenſus tam de Areis, quam de manſis pars tertia ſit eorum, Sicut et tercius denarius in ipſa civitate per judicium acquiſitus erit illius, qui fungi debet officio Prefecture, excepta tamen acquiſitione illa, que de judicio prouenit ſlauorum, quos ſpeciali noſtro judicio ſeu Advocati noſtri, qui pro tempore fuerit, uolumus tam intra quam extra civitatem utiliter ſubjacere. Et ne in una eademque civitate in perſonas plures diſtribui contra conſuetum alias prefecture Titulus videatur, unum tantum ex eis, Conradum videlicet, prefecture titulum volumus optinere, Johanni vero de Greuendorp molendinum adjacens civitati ſub tali forma dedimus, quod hoc ſuis conſtruet laboribus et Expenſis et conſtructum ad annos duos libere poſſidebit. Transactis autem duobus annis illis, hereditas poſtmodum ſua erit; ſed in Pachto nobis ulterius reſpondebit. Super predictis omnibus, ne cavilloſa queat in poſterum rimula inueniri, preſentem paginam Sigillorum noſtrorum appenſionibus duximus muniendam, Teſtes idoneos adhibentes, quorum nomina ſunt Dominus Otto de Hadernsleve, Heinricus Pincerna, Fridericus de Bertekow, Guntherus Advocatus, Albero Marſcalcus, Gerardus de Kercow, Albero de Plote, milites, et alii quam plures, tam Servi quam milites, tunc preſentes. Acta ſunt hec Anno dominice incarnacionis M. CC. XLIIII. in Dominica, qua cantatur: Oculi mei ſemper.

Aus einer nach dem Originale genommenen ſorgfältigen Abſchrift, die ſich in den handſchriftlichen: „Denckwürdigkeiten der Fridelandiſchen Stadtgeſchichten“ befindet. Die Urkunde iſt oben S. 23 und 24 nach den bisherigen fehlerhaften Abdrücken mitgetheilt und dort zu ſtreichen. Das Original ſcheint verloren gegangen zu ſeyn. Sie wurde zuerſt von Schröder edirt, doch mit zahlreichen Fehlern und mit Auslaſſung der ganzen Stelle über die Zuſicherung der bei der Stadt gelegenen Mühle an Johann von Grevendorf. Die ſpätern Abdrücke von Buchholtz und Frank ſind nur Wiederabdrücke des Schröderſchen Abdruckes und noch fehlerhafter, als dieſer. Der Verfaſſer der uns ſo eben, durch gefällige Mittheilung des K. Hauptmannes und Direktor Herrn von Ledebur zur Hand gekommenen „Denkwürdigkeiten“, die um die Mitte des vorigen Jahrhunderts abgefaßt zu ſeyn ſcheinen, hatte dagegen offenbar, als er dieſelbe abſchrieb, das Original der Urkunde vor Augen.

**DLXXXI.** Otto, Markgraf von Brandenburg, überträgt für ſich und im Namen ſeines Bruders Johann, der Schweſter Heilewig, Gattin des Grafen Adolph von Holſtein, und den künftigen Nonnen zu Herwerdeshude bei Hamburg, ſeine dortigen Beſitzungen mit der angrenzenden Mühle, zur Gründung einer Gedächtnißfeier für ſein Seelenheil in dem neuen Stifte, am 24. Febr. 1246.

Otto, Dei gratia marchio Brandeburgenſis, Chriſti fidelibus uniuerſis imperpetuum ſalutem et pacem. Ex harum inſpectione notum facimus, quod proprietatem noſtram, tam ex parte noſtra quam ex parte fratris noſtri Johannis, in uilla tali, que Herwehuſen dicitur, prope Hamburg, tam in aquis quam in terris, cultis et incultis, et molendinum iuxta ipſam uillam ſitum, cum omni iure, ſorori Heilewige, vxori quondam comitis Adolfi, nunc fratris minoris, et ſanctimonialibus ibidem Deo et beate Marie ſeruituris, proprietatis titulo, ut ibidem eciam noſtri memoria habeatur, conſerimus et donamus. Ne autem hec noſtra donacio in poſterum ualeat immutari, preſentem paginam conſcribi iuſſimus, teſtium ſubſcripcione et noſtri ſigilli impreſſione firmiter communitam. Huius rei teſtes ſunt Otto de Hademercleue, Borchardus et Hanto fratres de Irkesleue, Henricus de Bardeleue, Ericus de Gardelege, Albertus prepoſitus de Stendal. Datum Luneborg, anno gratie M°. CC°. XLVI°., ſexto kalendas Marcii.

Aus Lappenbergs Hamb. Urkundenbuche S. 454. Nr. DXXXVI.

---

**DLXXXII.** Vergleich der Markgrafen Otto und Albert von Brandenburg mit der Stadt Friedland im Lande Stargard wegen des bei der Nachmeſſung ihrer Feldmark gefundenen Uebermaaßes, welches ſie den Bürgern theils abgabenfrei verkaufen, theils gegen Entrichtung der ſonſt auf den Stadthufen ruhenden Grundabgaben erblich überlaſſen, unter der Zuſicherung, daß künftig keine Nachmeſſung der Feldmark wieder vorgenommen werden ſoll, vom 8. Auguſt 1270.

In nomine ſancte et individue trinitatis Amen. Humane Actiones a memoria hominum laberentur, ſi non Teſtimonio litterarum firmarentur: fidele et certum teſtimonium habet Scriptura, que jntereuntibus hominibus ea, que ſibi commendantur, non ſinit aliqualiter interire. Hinc eſt, quod nos Otto et Albertus, Dei gracia Marchiones Brandeburgenſes, notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, tenore preſentium proteſtantes, quod nos, poſtquam omnes agri terre noſtre Stargard exſtiterant menſurati, etiam id, quod ſuper excrevit nobis de menſura agrorum noſtre Civitatis Vredheland, Burgenſibus predicte Civitatis eo jure dedimus poſſidendum, quo ipſi ſcilicet burgenſes prefate civitatis agros ſuos alios a prelibate civitatis origine poſſederunt, ita ut de quolibet manſo hij, qui eos poſſident, dimidium fertonem tribuant annuatim. Sepedicte quoque civitatis agri nec temporibus noſtris, nec heredum noſtrorum, debent in perpetuum ammodo menſurari. Agrorum etiam antedictorum talis diſtinctio permanebit, qualis inter generum noſtrum kariſſimum, Dominum Barnim Ducem Zlavorum Illuſtrem et omnes in prehabite Ciuitatis circuitu commoran-

tes ab antedicte Civitatis principio ſemper fuit. Quadraginta quatuor tamen manſis exceptis, licet de eis ſuperius non ſit cautum, qui de agris excreſcentibus computantur, quos XLIIII manſos burgenſibus ſepedicte civitatis tali condicione vendidimus, quod nobis nullum cenſum in perpetuum de dictis XLIIII darent manſis, pro ducentis marcis argenti Stendalenſis. Quam pecuniam dicte Civitatis Burgenſes nobis dederunt de communi arbitrio et conſenſu, ut talis cenſus permaneat tam de XLIIII manſis exemtis, quam de aliis, qualis a fundacione civitatis prehabite ſemper fuit. Ut autem hec omnia ſupradicta per nos et per noſtros heredes in perpetuum inviolabiliter obſerventur, ne quoque ſuper predictis vllis dubium futuris temporibus oriatur, preſentem paginam jnde conſcribi fecimus et Sigillorum noſtrorum appenſionibus roborari. Teſtes vero huius rei ſunt milites H. de Heydebrack et H. de Wudensweghe et H. de Grobene, Ar. de Gera, Ulricus Streketin, Albertus de Redekeſtorp et Johannes de Coningesmarck. Datum Lichne, Anno Chriſti M. CC. LXX. Sexto Idus Auguſti.

Aus den handſchriftlichen „Denkwürdigkeiten der Friedelandiſchen Stadtgeſchichten". Dem Verfaſſer dieſer Abſchrift lag das Original vor, wie die von ihm auf der Copie verſuchte Zeichnung der unter der Urkunde hangenden beiden Siegel zeigt. Dieſe waren darnach die gewöhnlichen, nämlich auf dem ovalen Siegel Otto's der geharniſchte Mann in ſtehender Figur mit der Fahne in der rechten Hand und mit der linken auf einen den Brandenburgiſchen Adler enthaltenden dreieckigen Schild geſtützt, und auf dem runden Siegel Alberts ein dreieckiger getheilter Schild mit Kleeblättern umher verziert, über demſelben altes Mauerwerk mit drei ſpitzen Giebeln und in den Feldern des getheilten Schildes rechts den Brandenburgiſchen Adler und links einen emporſteigenden Löwen.

---

## DLXXXIII. Erklärung des Herzogs Johann von Braunſchweig wegen Verlegung der Domherrn von Bardewiek nach Lüneburg, unter Zuziehung des Markgrafen Albrecht von Brandenburg ausgeſtellt, am 1. März 1275.

Nos Dei gratia Johannes, Dux de Brunswick recognoſcimus per preſentes, taliter ordinatum eſſe inter dilectum fratrem noſtrum Albertum, Ducem de Brunſvic, ex parte una, et nos ex parte altera, quod toto poſſe noſtro laborabimus, quod Canonici in Barthvic ciuitatem noſtram Luneborg ad commorandum intrent et poſtquam huc intrarunt Eccleſia S. Cyriaci in Luneborch ad predictos canonicos Barthvicenſes cum omni fructu et utilitate pertinebit —. —. Hujus rei teſtes ſunt dilectus Avunculus noſter Albertus Marchio Brandenburgenſis, Henricus Prepoſitus S. Blaſii in Brunſvic, Hartvicus de Brunesrode, Ludolphus dictus Cunneke a Lubeck — clerici, Johannes de Adenog et Baldewinus de Campo, Dominus Jagowe, Hildemarus et Oberեghe, milites. Datum Jeſhorne, Anno Domini M. CC. LXXV. Kalendis Martii.

Vollſtändig in Schlöpke's Chronik von Bardewiek S. 240.

---

## DLXXXIV. Markgraf Albrecht von Brandenburg überläßt der Stadt Friedland im Lande Stargard den Marktzoll daſelbſt, am 20. Febr. 1282.

Nos Albertus, Dei gracia Brandenburgenſis Marchio, recognoſcimus et tenore preſencium proteſtamur, quod dilectis nobis civibus in Vredeland ob ipſorum preclara merita, ut ipſius valeant amplius diſponere commoda civitatis, eisdem civibus et civitati prehabite forenſe theloneum donavimus proprium perpetuo poſſidendum. Et ut nullum ſuper premiſſis eisdem dubium oriatur, et a nobis et noſtris heredibus perpetuis temporibus inviolabiliter et plenius obſerventur, preſentem Paginam ſcribi juſſimus et Sigilli noſtri munimine roborari in evidens teſtimonium et memoriam ſempiternam. Hujus rei teſtes ſunt Dominus Henricus dictus Spulc, Dominus Guntherus de Reberg, Dominus Otto de Walckenberg, Dominus Fridericus de Oſterwoldt et Otto de Stargardt, tunc temporis advocatus, et alii quam plurimi fide digni. Datum Saltwedele, Anno Domini Milleſimo ducenteſimo LXXXII. 10. Kal. Marcii.

Aus der nach dem Originale genommenen Abſchrift in den handſchriftlichen „Denkwürdigkeiten der Friedeländiſchen Stadtgeſchichten. Dieſe Urkunde iſt oben S. 154. nach den frühern fehlerhaften Abdrücken mitgetheilt worden; beſonders die Zeugenangaben können nach der hier mitgetheilten richtigern Abſchrift verbeſſert werden. Der Henricus dictus Spulc iſt vermuthlich ein dictus pule — ein Glied der jetzt von Pfuel genannten Familie und dürfte auch dieſer Abſchreiber vielleicht irrthümlich Spulc für Pule geleſen haben. In der nachfolgenden Urkunde kommt Henricus de pule vor, welcher ſchwerlich eine von dem hier genannten Henricus dictus Spulc verſchiedene Perſon geweſen iſt. Vgl. Nr. DLXXXVI.

---

## DLXXXV. Markgraf Albrecht von Brandenburg vereignet dem Kloſter Dobbertin das Dorf Wale, am 24. Auguſt 1285.

Datum Neddemin, IX calend. Septembris, Anno M°. CC°. LXXXV°.

Nach Dan. Clandrians Dobbertiniſcher Kloſterregiſtratur Nr. 149. Transſumirt in einer Beſtätigung der Brandenburgiſchen Verleihungen für das Kloſter Dobbertin durch Fürſten Heinrich von Mecklenburg-Stargard vom 2. März 1323. Vergl. Rudloff Cod. dipl. hiſtor. Megalop. II, 327. Dieſe Urkunde hat zum Abdrucke nicht beſchafft werden können. Nach einer vom Archivar Liſch in Schwerin darüber ertheilten Auskunft iſt die Urkunde in dem Großherzoglichen Archive nicht befindlich und fehlt dieſelbe wahrſcheinlich auch in dem noch fortbeſtehenden Kloſter-Archive; wenigſtens iſt dem Archivar Liſch, dem die erwähnten Kloſter-Urkunden wenigſtens drei Mal durch die Hände gingen, nicht in Erinnerung, dieſe Urkunde geſehen zu haben.

---

## DLXXXVI. Markgraf Albrecht von Brandenburg, überläßt der Stadt Friedland das bei einigen Dörfern der Umgegend gefundene Uebermaaß, am 20. November 1289.

Nos Albertus, dei gracia Marchio Brandenburgenſis, recognoſcimus notum facientes omnibus tam preſentibus quam futuris, quod cum Conſenſu heredum noſtrorum, Dum

villa Swichtenberg viginti manſos habuit et illas obtinuit debitam per menſuram, totum reliquum et reſiduum tam in lignis quam in agris cultis, circa metas ville ejusdem, noſtre Vredeland vendidimus et donavimus civitati. Inſuper villis Kluckowe et Hagen in palude verſus ſilvam tres funes, qui Shel vocantur habentibus menſuratos, quicquid reſiduum eſt aut inveniri potuerit, tam in pratis quam in lignis, hoc integraliter predicte noſtre civitati tradidimus proprietatis titulo perhenniter poſſidendum. Et ne in poſterum ab heredibus noſtris et Succeſſoribus hec noſtra donatio irritari valeat aut infringi, hanc paginam civitati noſtre dedimus ſupradicte, Sigilli noſtri appenſione munitam in evidens teſtimonium et memoriam ſempiternam. Hujus vero rei teſtes ſunt milites infraſcripti Henricus de Wittenhagen Henricus Misner, Henricus de Polchowe pincerna, Henricus Manduvel tunc temporis Advocatus, Henricus de Pule ſimiliter Advocatus, Ludolphus de Plote, Henricus de Lancken, Friedericus et Chateniar Domini Stargardt, Guntherus de Reberch, Chriſtianus de Dolle, Otto de Valckenberch et Wilhelmus de Lubbrechtstorph et quam plures alii fide digni. Datum in Verberlino, Anno Domini M°. CC°. LXXXVIIII°., XII. kalend. Decembris.

Nach den handſchriftlichen „Denkwürdigkeiten der Friedelandiſchen Stadtgeſchichten." — Die Urkunde iſt oben S. 191. nach den ältern Abdrücken mitgetheilt, doch mit manchen Fehlern derſelben, die ſich nach dieſer Abſchrift verbeſſern laſſen. Namentlich beſtätigten ſich durch dieſe Abſchrift unſere oben S. 191 und 203 geäußerten Vermuthungen, daß unter „Vberlino" zu verſtehen ſey Werbellin und unter „Wilhelmus et Lubrecht Porp" Wilhelmus de Lubrechtstorp. Auch die hier mitgetheilte Abſchrift hat zwar wieder ihre eigenen Fehler, namentlich in dem Fridericus et Chateniar Domini Stargardt für Fridericus et Chatemar de Dargatz; doch dieſe laſſen ſich nach dem Abdrucke S. 191 leicht berichtigen. Das Datum iſt deutlich 1289, während doch auch dieſer Abſchreiber die Urkunde in deren Ueberſchrift dem Jahre 1288 zueignet.

---

## DLXXXVII. Albrecht und Otto, Markgrafen von Brandenburg, verkaufen das Dorf Schwichtenberg der Stadt Friedland, am 26. September 1296.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis Amen. Cum ſepe curſu fiat temporis, ut res clara preſentibus, obſcura reddatur poſteris et ignota, de Scripture ſuffragio prouidit memorie induſtria ſapientum. Proinde nos Albertus et Otto, Dei gracia Marchiones Brandenburgenſes, recognoſcimus, volentes in publicam devenire noticiam ſingulorum, quibus preſentes fuerint recitate, quod villam Schwichtenberghe cum omnibus agris ſuis cultis et incultis, pratis et paſcuis, ſilvis et lignis et generaliter cum omnibus ſuis appendiciis eo jure et ea libertate, qua perſonaliter ipſam hactenus habuimus, fidelibus noſtris et dilectis conſulibus ac univerſitati civium civitatis noſtre Vredeland vendidimus libere perpetuo poſſidendam. Libertatem quoque dicte ville et bonorum ad ipſam ſpectantium dicte univerſitati dicte civitatis dedimus ita, quod ipſam villam cum omnibus ſuis appendiciis, ſine precaria, libere perpetuis temporibus poſſidebunt. Pro qua villa et ejus libertate predicta Conſules nomine

univerſitatis centum et octoginta quinque talenta Brandenburgenſium denariorum nobis integraliter perſolverunt. Ne igitur hec noſtra venditio et donatio rite facta per aliquem Succeſſorum noſtrorum violari in poſterum valeant aut infringi, preſentes inde confectas conſcribi et ſigillorum noſtrorum appenſionibus juſſimus roborari. Hujus autem rei teſtes ſunt Vir Nobilis Bodo de yleborch, Wilhelmus Soencke, Chriſtianus et Buſſo fratres de Dolle dicti, Wilhelmus de Lubbrechstorp et henricus Soencke milites noſtri et quam plures alii clerici et Laici fide digni. Datum Everswalde, Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo nonageſimo Sexto, Quarta feria ante diem beati Michaelis.

Aus den handſchriftlichen „Denkwürdigkeiten der Friedeländiſchen Stadtgeſchichten.“ In einer lückenhaften alten Ueberſetzung in Rudloffs Cod. I, 159 und daraus oben S. 216. 227.

---

DLXXXVIII. Otto und Otto, Markgrafen von Brandenburg, beſtätigen neben mehreren anderen Churfürſten die durch den Römiſchen König Adolf vorgenommene Abtretung von Reichseinkünften aus Mühlhauſen und mehreren Dörfern an das Kloſter Volkenrode, am 4. Juni 1297.

Sciant cuncti, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, quod nos Gerhardus ſancte Maguntinenſis, Wigb. Colonienſis ſedium archiepiſcopi, Wencezlaus Boemorum rex, Otto et Otto Marchiones Brandenburgenſes, nec non Albertus dux Saxonie, principes et ſacri imperii electores, pie donacioni, quam ſereniſſimus dominus Adolfus Romanorum Rex ſemper Auguſtus, noſter dominus kariſſimus, regia liberalitate per vſus iuriſque ductus equitate ſuper marca puri argenti, que cum ſuis attinenciis de quibusdam bonis ſitis in Solſtete, Sachuelt, Germar et in Bolſtete villis, ac ſuper duabus marcis argenti predicti, que de moneta ciuitatis Mulhuſen regie Camere ipſius annis ſingulis ſoluebantur, religioſis viris abbati et conuentui monaſterii in Volkolderod, ordinis Ciſtercienſis, moguntinenſis dioceſeos, clementer feciſſe dinoſcitur in dampnorum plurium recompenſam, illatorum eisdem in Curiis, Grangiis et in aliis bonis ſuis per exercitum, quem nuper in Thuringia tenuit dominus Rex predictus, iuxta continenciam litterarum, quas eis ipſe dediſſe dicitur ſuper eo, tamquam membra ſacri Imperii preſentibus aſſentimus, dantes has noſtras litteras, conſignatas ſigillis noſtris, in teſtimonium ſuper eo. Datum prage, anno domini M°. CC°. nonageſimo ſeptimo, pridie non. Junii.

Nach Graßhof, Commentatio de orig. et antiq. Civitatis Mühlhuſae doc. App. p. 188 189.

---

**DLXXXIX.** Des Markgrafen Woldemar von Brandenburg Quittung über 2000 Mark Silber, welche Fürſt Wizlaf von Rügen an ihn von Seiten ſeiner Bürger gezahlt hat, vom 27. März 1313.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgie, luſitz et de landesberg Marchyo, Recognoſcimus preſentibus proteſtantes, quod dilectus noſter avunculus, dominus wizlaus, princeps ruyanorum, nobis ex parte ciuium ſuorum duo milia marcarum ar- genti brandenburgenſis perſoluit finaliter et pagauit, de quo predicto argento noſtrum auun- culum dimittimus liberum una cum ſuis compromiſſoribus et ſolutum. In Cujus rei teſtimo- nium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum Tribuſes, anno domini Milleſimo treceteſimo Tercio decimo, feria tercia poſt letare.

Nach einer Abſchrift von Fabricius (handſchriftl. Sammlung der auf die Geſchichte des Fürſtenthums Rügen Bezug habenden Urkunden in der Rathsbibliothek zu Stralſund, Thl. I, No. CXLII.), entnommen dem im Pommerſchen Provinzialarchive zu Stettin befindlichen Copialbuche des Fürſtenthumes Rügen, welches betitelt iſt Matricula und Copienbock des Fürſtendoms Rügen, ohne Beobachtung der Zeitfolge 160 Urkunden aus den Jahren 1255 bis 1325 in ſich enthält und von verſchiedenen Händen während der letzten Zeit, der die eingetragenen Urkunden angehören, nämlich unter der Regierung des Fürſten Wizlaf IV. von Rügen (1303–1325) zuſammen geſchrieben zu ſein ſcheint.

---

**DXC.** Schutzbrief des Markgrafen Woldemar von Brandenburg, dem Mecklenburgiſchen Ciſterzienſer-Mönchs-Kloſter Dargun auf Antrag des General-Capitels des Ciſterzienſer-Ordens ertheilt am 14. Auguſt 1313.

Waldemarus, dei gracia Brandenburgenſis, Luſacie et de landesbergh marchio, Tutorque Incliti principis Johannis, marchionis brandenburgenſis, uni- verſis criſti fidelibus, ad quorum aſſpectum peruenerit preſens ſcriptum, ſalutem et deſiderium omnis boni. Omnium intereſt ea, que ad tranquilitatem ſpectare noſcuntur et pacem, piis proſequi affectibus et pravorum conatibus obviare, Cum non niſi pacis in tempore bene coli ſoleat pacis auctor, et maxime id hii exequi teneantur, quos ſupremus diſpoſitor aliis preſi- cere dignatus eſt ſua ineffabili providencia, gladium ipſis tradendo pietatis in ſignum, ut quos dei timor a malo non revocat, ſeveritas ſaltem judicialis valeat cohercere. Inde igitur eſt, quod nos attendentes, quam ſit in omnipotentis oculis laudabile quamque apud homines ſit acceptum predictum opus pacis, nunc prece nunc minis propugnare, ut eo celebrius pacis ſerviatur auctori et hujusmodi ſervitutis ſtudium ipſi pacis auctori exhibendum maxime reli- gioſis inſidere conſueverit perſonis, que propria abdicando ſe et ſua domino dedicarunt, ad inſtanciam devotarum in criſto perſonarum abbatis et Conuentus in dargun ordinis Ciſter- cienſis, ad precesque capituli generalis litteraliter nobis latas dicti ordinis, quem pre ceteris ordinibus ſincere proſequcionis officio veneramur, abbatem, ipſum conventum, proprietates, homines et bona monaſterii dargunenſis habita et habenda in noſtram collegimus et preſentibus colligimus litteris protectionem ſingularem, Ipſos et ſua alis firme ſecuritatis no-

ſtre, propter deum, ſincere ac fideliter ſupponentes, mandantes vobis, qui noſtre eſtis dicioni dediti, ſub virtute noſtri favoris et gracie, ut dictum monaſterium, perſonas et bona cum favore, promocione et diligencia pertractetis, de honore et commodo ſibi prouidendo et de perverſorum inſultibus precavendo; ceteris quoque noſtro dominio non ſubjectis ſincera inſtancia ſupplicantes, ut predictis monaſterio, perſonis et bonis promocionis et favoris affectum pro noſtra reverencia fideliter inpreciamini (impertiamini?) pro firmo tenentes, quod ipſorum commoda, que ipſis inpenſa fuerint, nobis reputabimus fieri, Injuria (s) vero et incommoditates, ſi que ipſis, quod abſit, inſerri contingat, iuultas pertranſire nullatenus paciemur. In cujus noſtre gracie ipſis indulte ſtabilitatem firmam et evidenciam ſingularem preſentes litteras ipſis dari juſſimus, noſtri ſigilli robore communitas, per infinita ſeculorum tempora valituras. Datum werbelin, anno domini milleſimo CCC°. XIII°. in vigilia aſſumpcionis beate marie virginis glorioſe.

Nach einer Abſchrift von Fabricius, in deſſen handſchriftlicher Sammlung der auf die Geſchichte des Fürſtenthums Rügen Bezug habenden Urkunden (in der Rathsbibliothek zu Stralſund) I, Nr. CXL, entnommen dem im Pommerſchen Provinzialarchive zu Stettin befindlichen Copialbuche des Fürſtenthums Rügen.

---

DXCI. Johann, König von Böhmen und Polen, Graf von Luxemburg, verkündigt den Städten Frankfurt, Friedberg, Wezlar und Gelnhauſen, die unter Theilnahme des Markgrafen Woldemar von Brandenburg geſchehene Erwählung des Pfalzgrafen Ludwig, Herzogs von Bayern, zum Römiſchen Könige, am 22. October 1314.

Johannes, dei gracia Boemorum et Polonorum rex ac lucemburgenſis comes, Prudentibus viris . . ſcultetis . . ſcabinis . . conſulibus et civibus in Frankenſurt, Fridberch, Wephlaria et Gaylnhuſen ſincere ſibi dilectis, regii ſavoris affectum benivolum et ſincerum. Cum dies certa preciſe et peremptorie fuiſſet apud Frankenſurt ad eligendum regem Romanorum aſſignata, convenientibus nobiſcum et comparentibus et ad hoc congregatis venerabilibus patribus, dominis Petro moguntino et Baldwino treverenſi archiepiſcopis, nec non illuſtribus principibus dominis Woldemaro marchione brandeburgenſi et Johanne ſeniore duce Saxonie, noſtris coelectoribus, alijs minime comparentibus, intereſſe recuſantibus, nec pro ſe mittentibus, ex quo plenaria poteſtas nominandi et eligendi perſonam ydoneam in Romanorum regem penes nos preſentes reſidebat, votibus abſencium extinctis quoad eandem electionem ex tunc et penitus annullatis, in illuſtrem principem dominum Ludowicum, comitem palatinum Reni, ducem Bawarie, virum utique providum et circumſpectum, divina inſpirante clemencia noſtra vota direximus et ipſum in regem Romanorum concorditer duximus eligendum. Quocirca prudenciam veſtram requirimus, hortamur et diligencia, qua poſſumus et quantum in nobis eſt conſulendo demandantes, quatinus eidem Ludowico, tamquam in Romanorum regem rite et concorditer electo, obediatis fideliter ac eciam intendatis, ſibique vos promptos ad beneplacita quevis,

tamquam vero veſtro domino, exhibeatis et paratos, ſic noſtris monitis et exhortationibus benivole annuentes, ut veſtris honoribus, commodis et libertatibus ipſe dominus rex et nos principes opportunis temporibus intendere merito delectemur. Datum in caſtris apud Frankenfurt, XI kalend. novembris, anno domini milleſimo CCC°. XIIII°. Regnorum vero noſtrorum anno quarto.

Nach Boehmer's Codex diplomaticus Moenofrancofurtanus T. I, p. 408.

Anm. Gleichlautende Verkündigungen erließen an demſelben Tage der Erzbiſchof Peter von Mainz, der Erzbiſchof Balduwin von Trier, ſo wie der Herzog Johann von Sachſen, an die oben gedachten Städte. Von dem Markgrafen Woldemar von Brandenburg iſt ein ſolches Document bis jetzt nicht aufgefunden.

---

DXCII. Heinrich, Markgraf von Brandenburg, erklärt dazu ſeine Genehmigung, daß Markgraf Woldemar mit den übrigen Churfürſten bei der Königswahl dem Pfalzgrafen Ludwig, Herzoge von Bayern, ſeine Stimme gegeben habe, am 23. Oktober 1314.

Nos Heinricus, dei gracia brandeburgenſis et in Landesperg marchio, Recognoſcimus et ad univerſorum noticiam volumus pervenire, quod in facto electionis regis Romanorum, quam illuſtris dominus Woldemarus, marchio brandeburgenſis terreque Luſacie dominus, patruus noſter kariſſimus, de illuſtre domino Ludwico, comite palatino Reni, duce Bawarie, una cum ceteris principibus et electoribus imperii fecit et feciſſe dinoſcitur, noſtrum conſenſum plenum et liberum tenore preſencium adhibemus, Dantes ſuper eo has noſtras litteras noſtro ſigillo communitas. Datum in Frankenfurt, anno domini milleſimo trecenteſimo quarto decimo, decimo kalend. novembris.

Nach Boehmer's Codex diplomat. Moenofrancofurtanus Thl. I, S. 408.

---

DXCIII. Schreiben der Stadt Wetzlar an die Stadt Aachen wegen der zu Frankfurt, bei perſönlicher Anweſenheit der Markgrafen Woldemar und Heinrich von Brandenburg, vorgenommenen Wahl Ludwigs des Bayern zum Römiſchen Könige, vom 25. October 1314.

Prudentibus et multe honeſtatis viris, Sculteto, Scabinis, Conſulibus, totique vniuerſitati ciuium Aquisgranenſium, necnon vniuerſis terrarum nobilibus, ac alijs quacunque dignitate preditis Scultetus, Scabini, Conſules totaque vniuerſitas ciuitatis Wetflarie cum deſiderioſo animo ad ipſorum queuis beneplacita ſemper beneuolos et paratos. Prudentiam ac honeſtatem veſtram tenore preſentium volumus non latere, quod cum dies preciſe et peremptorie in campis Frankenfurd, videlicet (in) craſtinum Beati Luce Euangeliſte proxime transactum, fuiſſet ad eligendum Romanorum Regem, Principibus Electoribus aſſignata, conuenientibus et ibidem comparentibus Reuerendis in Chriſto Patribus ac Dominis, Dominis Petro Sancte Moguntine ſedis, et Balduino ſancte Treuirenſis ſedis Archiepi-

ſcopis, ſacri Imperij per Germaniam et Galliam Archicancellarijs; Excellentiſſimo domino Johanne, Bohemie et Polonie Rege et Comite Lucelburgenſi, Illuſtribus Principibus ac Dominis, Dominis Waldemaro et Henrico, Marchionibus Brandenburgenſibus, nec non Johanne Dei gracia Duce Saxonie: Reuerendo in Chriſto Patre ac Domino, Domino Colonienſi Archiepiſcopo, nec non Illuſtri Principe Duce Rudolpho Bauarie, minime comparentibus et intereſſe recuſantibus, nec aliquos pro ſe mittentibus, ijdem Principes, ex ſuperabundanti expectantes duos Principes predictos vſque in diem dominicam proxime ſubſequentem, tandem, ipſis vt premittitur comparere recuſantibus, Illuſtrem Principem Dominum Ludouicum Ducem Bauarie et Comitem Palatinum Rheni pure ac concorditer in Romanorum Regem, meritis ipſius ſuffragantibus, elegerunt. Secunda feria proxime ſubſequente, predicti principes ſex ad nos, in ciuitate Frankenfordenſi exiſtentes, ſuos idoneos et legatos nuncios miſerunt, notificantes nobis per eoſdem electionem ab ipſis celebratam, et rogantes quam intime, vt predicto domino rite electo in Regem Romanorum, ciuitatem Frankenfordenſem reſeraremus, ſibi reuerentiam et obedientiam debitam exhibendo. Nos deliberatione diligenti prehabita, ac vſi prudenti dominorum noſtrorum conſilio, qui nos taliter informarunt, feria quarta proxima poſt diem Beati Luce Sereniſſimo Domino noſtro Domino Ludouico Romanorum Regi ciuitatem Frankenfordenſem reſerauimus, ſibique, poſtquam ſuper altare ſancti Bartholomei exaltatus fuerat, quemadmodum vero domino noſtro, homagium et obedientiam debitam duximus generaliter faciendam. Datum anno Domini M. CCC. XIIII. Octauo Kalend. Nouemb.

Nach Herwart von Hohenburg, Ludovicus Quartus Imperator defenſus I, 33. Böhmer a. a. O. S. 409. 410.

---

DXCIV. Nicolaus und Johann, Herren von Werle, verbinden ſich dem Fürſten Wizlaf von Rügen zum Beiſtande gegen alle ſeine Feinde, namentlich bis zur Wiedererlangung der ihm widerrechtlich entzogenen Stadt Stralſund, am 16. März 1315.

Nos nicolaus et iohannes, dei gracia domini de werle, notum eſſe cupimus uniuerſis, Nos debere nobis dilecto affini, domino Wyzlauo, venerabili ruyanorum principi aduerſus quoſcunque ipſum inpugnantes totis viribus et auxilio quo poterimus adherere et generaliter puram et veram fidelitatem reddere ac per omnia inpertiri, nec ullam ſonam ſeu compoſicionem inire, niſi ciuitati ſundis, qua minus juſte et violenter ſpoliatus, quiete et pacifice fuerit reſtitutus. In cujus teſtimonium euidens noſtra ſigilla preſentibus, ut cernitur, ſunt appenſa. Datum anno domini milleſimo CCC°. XV°. in die palmarum in ciuitate noſtra guſtrowe.

Nach einer Abſchrift von Fabricius, in deſſen handſchriftlicher Sammlung der auf die Geſchichte des Fürſtenthumes Rügen Bezug habenden Urkunden I, XV., angefertigt nach dem Copialbuche Rügenſcher Urkunden des K. Provinzial-Archives zu Stettin. — Die vorſtehend documentirte Verbindung war übrigens offenbar gegen den Markgrafen Woldemar von Brandenburg lediglich gerichtet. Dem Könige Erich von Dänemark ſtellten dieſelben Herrn von

Werle, ſo wie auch die Grafen Nicolaus und Heinrich von Schwerin, Verſchreibungen deſſelben Inhaltes aus, wie die Verſchreibung des Grafen Otto von Anhalt vom 26. Mai 1315, welche unten folgt: nämlich der König habe ſie als Vaſallen angenommen und unter ſeinen Schutz genommen und daher wollten ſie ihm mit ihren Leuten und Veſten gegen ſeine Widerſacher zu Dienſte ſtehen. Huitfeldt Dan. Rig. Krönicke III, 387.

---

## DXCV. König Erich von Dänemark beleiht den Fürſten Wizlaf von Rügen mit dem Lande, der Stadt und dem Schloſſe Loitz, am 19. April 1315.

Ericus, dei gracia danorum ſclauorumque Rex, omnibus preſens ſcriptum cernentibus ſalutem in domino ſempiternam. Nouerint uniuerſi, quod nos terram, caſtrum, ciuitatem lozitz cum omnibus hominibus et uaſallis, ſicuti jacuit tempore ab antiquo, dilecto noſtro cognato domino wyzlao principi ruyanorum, jure concedimus pheodali, quod phaneleen dicitur, quo cetera bona ſua a nobis, nomine corone regni noſtri dacie, dinoſcitur recepiſſe. In cujus Rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Ribbeniz, anno domini milleſimo CCC°. quinto decimo, ſabbato proximo ante diem beati georgii, in preſencia noſtra.

Nach einer Abſchrift von Fabricius, in deſſen handſchriftlicher Sammlung der auf die Geſchichte des Fürſtenthumes Rügen Bezug habenden Urkunden (in der Rathsbibliothek zu Stralſund) I. Nr. V., ebenfalls dem Copialbuche Rügenſcher Urkunden des Provinzial-Archives zu Stettin entnommen. — Die Urkunde hat in Beziehung auf die oben mitgetheilte Urkunde vom 9. Dezember 1314 Intereſſe für die Brandenburgiſche Geſchichte.

---

## DXCVI. Fürſt Otto von Anhalt verpflichtet ſich, dem Könige Erich von Dänemark, dem Fürſten von Rügen, dem Fürſten von Mecklenburg, den Herren von Werle und deren Gehülfen, namentlich denen von Alvensleben und von Kröchern, mit 100 Mann auf der linken Elbſeite gegen ihre Feinde Beiſtand zu leiſten, am 23. Mai 1315.

Wi Otto, van der ghenade godes Greue to Aſchersleue vnde vorſte to Anehalt, bekennen des in diſſem openen breue, dat wi ghedeghedinget hebben mit deme weldighen koninge Erike van denemarken, vnſeme heren, vnde mit hern Wizſlawe vorſten van ruyen, vnde mit hern Hinrike van mekelenborgh vnde mit hern Nicolaus vnde hern Johanne heren to Werle alſe hirna beſchreuen ſteyt, Dat wi en denen ſcholen mit hundert mannen mit vordeket orſen vnde mit al vſen ſloten *) en half jar

*) Dieſe Veſten bezeichnet Huïtfeldt (Krönicke III, 381) mit Folgendem. He ſunt munitiones, quibus Comes Ottho de Anholt Domino Erico Regi Danorum tenetur ſeruire, cui idem Rex actu pro hujusmodi ſeruitio certitudinem fecit: Arkefleffue (Aſchersleue?) ciuitas, caſtrum Hoyem, Snetinge (Snetlinge?) Wedeſtorp et iterum Wedeſtorp et Anholt caſtra, ciuitates Hatzgerodet Bruge (Harzgerode?) et in Saxenburg caſtra duo.

na deme daghe, alſo ſe vns heten vntſeggen, vppe al ere viende — vnd ſcholen oc behulpen weſen al eren hulperen vnde bi namen den van aluensleue vnde den van croghere vnd al eren vründen vnd al den, de in erme denſte ſin. Wer it alſo, dat deſſe vorbenomeden hulpere vns dat weten leten, ſo ſchole wi en volghen mit hundert mannen af de ſit der elue vpp vſe koſt vnd vſe vorluſt vnd vp vſe win. — Dat wi dit ganz vnd ſtede holden ſchullen, dat hebbe wi in trwen ghelowet vnde mit vns her Jordan van nendorpe de junge, her henning van Nigengatersleue vnde her hinrik van warmeſtorpe mit ſamender hant. — Geſchreuen to ſternenberghe, na godes bort duſent jar drihundert jar in dem viphteynden jare, des negheſte vridaghes der hochtit des hilghen Lichamen.

Nach dem Originale im Großh. Meckl. Geh. und Haupt-Archive zu Schwerin. Vgl. Wohlbrück Alvensleben I, 160.

---

DXCVII. Fürſt Otto von Anhalt verbindet ſich dem Könige Erich von Dänemark, ihm in Vaſallen-Weiſe mit ſeinen Lehnsleuten und Veſten Beiſtand zu leiſten, am 26. Mai 1315.

Omnibus preſens ſcriptum cernentibus Ottho, Dei gracia comes Aſcanie et Princeps de Anholt, ſalutem. Nouerint uniuerſi nos magnifico Principi, Domino noſtro chariſſimo, Domino Erico Danorum Sclauorumque Regi illuſtri, cui homagio et Vaſallagio aſtricti ſumus, firmiter promiſiſſe, quod ejus ſevitiis fideliter adherebimus cum omnibus noſtris hominibus, Vaſallis, munitionibus et clauſuris, nec ſuus contra aliquem unquam erimus inimicus. In cuius etc. Datum Viſe, Anno domini M°. CCC°. XV°., in craſtino beati Vrbani Pape et Martiris.

Nach Huitfeldt Dan. Rig. Krönicke III, 380. Auch dieſes Bündniß zwiſchen Anhalt und Dänemark war geradezu gegen die Markgrafſchaft Brandenburg gerichtet. In dem Gegenreverſe verſchrieb der König von Dänemark dem Grafen von Anhalt auch einen beſtimmten Sold für den zu leiſtenden Beiſtand in dieſen Worten:

— Nouerint uniuerſi, quod nos (Ericus) nobili viro, Domino Otthoni, comiti de Anholt, dilecto affini noſtro, quem in noſtrum hominem recepimus et Vaſallum, reditus quingentarum marcarum Selandice monete concedimus, ſecundum jura et conſuetudines Regni noſtri, volentes pro eodem dilecto affine noſtro preplacitare in ſuis omnibus juſtis cauſis, ſecundum quod quilibet Dominus pro ſuis tenetur facere hominibus et Vaſallis etc. —

---

DXCVIII. Günther, Graf zu Kefernberg, empfiehlt allen und jeden, den Biſchof von Roſkild zur Erfüllung eines dem Markgrafen Woldemar von Brandenburg im Jahre 1315 zu Brodersdorf in Anſehung der Stadt Stralſund gegebenen Verſprechens zu bewegen, am 21. April 1318.

Omnibus preſens ſcriptum cernentibus Gunterus, Dei gracia Comes in Keuerenberch, Salutem in filio virginis glorioſe. Noueritis, quod anno domini M°. CCÇ°. XV°., non

longe poſt feſtum pentecoſtes, cum Inclitus princeps, dominus noſter, marchio woldemarus brandenburgenſis, eſſet apud Regem Dacie, auunculum ſuum, in villa broderſtorp, aderat Reuerendus Dominus Epiſcopus Roſchildenſis, cui predictus marchio ſummo deſiderio ſupplicauit, vt conſules et Ciues ſundenſes quitos et ſupportatos dimitteret ex parte inpeticionis, quam habuit ſuper eos racione gwerre tunc preterite et transacte; qui tunc temporis aequieuit Domini marchionis precibus in plerumque, et ipſos conſules et Ciues de omni inpeticione dimiſit liberos et ſolutos. Petimus igitur vos omnes et ſingulos, intuentes preſentes litteras affectantes, quatenus predictum Epiſcopum vna nobiſcum rogare et hortari dignemini, quatenus predictos burgenſes ea de cauſa non preſumat aggrauare et ſi ipſos iam grauauit, quatenus hoc ſtudeat noſtri cauſa ſeruicii reuocare, quod ſtudebimus circa iam dictum Epiſcopum et vnum quemque veſtrum ſpecialiter promereri. Datum hauelenberch, anno domini M°. CCC°. XVIII°., feria ſexta in feſto paſche.

Nach einem Transſumte des Fürſten Wizlaf von Rügen vom 7. Mai 1318 im Stadtarchive zu Stralſund aus einer von dem Bürgermeiſter Herrn Fabricius mitgetheilten Abſchrift. — Am 25. Juli 1318 bekundete denn auch König Erich von Dänemark, daß Biſchof Olof von Roſkild vor ihm allen Anſprüchen an die Bürger zu Stralſund entſagt habe.

---

DIC. Biſchof Albrecht von Halberſtadt und Erzbiſchof Burchard von Magdeburg verſöhnen ſich wegen ihrer Streitigkeiten über die Brandenburgiſchen Lehen, am 21. März 1321.

Wie Albrecht, von der Gnade Godes Biſcop, Frederik Deken, unde alle dat Capitel ghemene to Haluerſtad, bekennet an diſſeme openen Breue alle den, de en ſeyn und hören, dat die Erſame Vorſte, Greue Bernt von Anehalt, und Her Jordan von Nendorp, de Riddere, mit ös ghedeghedinget hebbet, ſwat ös gheſcen is von dem erſammen Vorſten, Ertzebiſcop Borcharde von Magdeburch, an Name, an Brande unde an Buwinghe, dat we ös des gheſönet hebbet, unde dat ſtede haldene willen unde der Buwinghe, de ny gheſcen is, mit Willen vortigen. To eyneme Orkunde und Betughinge diſſer Ding hebbe wie diſſen Bref mit uſeme Inſeghel und uſes Capitels Inſeghele beſeghelt laten, unde diſſe Bref is ghegheuen to Haluerſtad na der bort Godes Duſent iar drehundert iar in deme en und tvinteghesten Jare, in Sinte Benedictus daghe.

Nach dem Originale des K. Geh. Kabinets-Archives.

---

DC. Die Ritter Hennecke von Kröchern und Jordan von Gudenswegen, ſo wie der Knappe Henning Klezeke, verſchreiben dem Erzbiſchofe Burchard ſich und ihr Haus zu Kalbe zum Dienſte gegen jedermann, außer dem von Mecklenburg, am 16. Juni 1322.

Wie Heneke von Crochere unde Jorden von Gudensweghen Riddere unde Henning Klezeken Knecht, bekennen unde don wetlik allen den, de diſſen Bref horen

oder ſoen, dat we gelövet hebben entruwen unde loven ieghenwordichliken in deſſeme Breue uſeme erſamen Herren, Ertzcebiſcop Borgarde von Magdeborch unde ſineme Capitele, dat we unde uſe Eruen willen unde ſcolen behulpen ſin mit guden truwen an allerleyge arghelist, uſeme Herren deme Ertzcebiſcope unde deme Goddeshuſe tu Magdeborch, mit deme Huſe tu Calue, dat in der Marke liit, unde mit dem Werdere unde mit deme Lande, dat dar tu hört, weder allerleyge Man, ſunder den von Mekelenborch, den we bi Namen udghenommen hebben. Were dat uſe Herre von Magdeborch, de uns unde uſe Eruen vordedinghen ſcal tu Rechte, ſwur uns des Not is, des Huſes bruken wolde tu Calue, af tu orlegende, des ſcolde we eme ſtaden mit Willen; he ſcolde ouer denne uns uſer gulde, de dar tu hort, ene wederſtadinge dön, oder dat vorſtan unde uns helpen, dat dat unuorderuet unde unuerdinget bleue. Worre uns wat weder iemande, ſwanne we dat kundigheden uſeme Herren, de vore benomet is, ne mochte he uns nicht helpen dar umme minne oder rechte by veer weken allerneyſt darnach, ſo ſcolde he uns ſiluen helpen unde uns des ſtaden, ſwes we uns ſeluen helpen unde erweren konden. Dat we diſſe Dink gantz unde ſtede halden willen unde ſcolen uſeme Herren dem Ertzcebiſcop unde deme Goddeshuſe tu Magdeborch, alſe we louet hebben entruwen, des hebbe we tu eneme Orkunde diſſe Breue beſcreuen laten unde veſtent mit uſen hanghenden Inſeglen, de hebbe we gegeuen tu Wolmerſtede, in den Jaren na der Bort Goddes duſent Jar druhundert Jar in deme twe unde twintegeſten Jare, des lateren daghes Sente Vites.

Nach dem Originale des K. Geh. Kabinets-Archives. Abgedruckt in Gercken's Cod. III, 315 und in Hoefer's Auswahl der ält. Urk. Deutſch. Sprache S. 155 mit Auslaſſung einer Zeile.

Gedruckt bei C. Feiſter.